

C A P U T I I

definitionem ḡσιώδη explanat.

Orōia essentia causi ut omnibus innotescat, necesse est, ut tām Galeni, Medicorum Phosphori, tūm ipsius Aristoteles vestigia ac monita legamus & observemus.

Ille definitionis magnam esse dignitatem, afferit in finitionibus medicis, dūm ὁργεσ ἐστὶ, inquit, λόγος τὸ εἶναι δειλῶν, definitio est oratio, quae ipsam rei declarat essentiam. Hic 2. poster. analytic. cap. 3. ὁ ὁργεσ ἐστὶ τῆς ḡσιας γνωρισμὸς, definitio est id, quō essentia alicuius rei sit manifesta.

Ponimus nunc definitionem causi συνθετικὴν, priusquam ejus analysin subjungamus, quæ talis est:

FEBRIS ARDENS, seu Καύσος est intemperies calida cordis & totius corporis, continua, non remittens, conjunctum habens calorem exurentem & sitim inextinguibilem, orta à bilioso vel puitoso salsō sanguine putrescente, vel in omnibus, vel majoribus, vel saltim in maximis cordi propinquis vasis.

GENUS seu formalis ratio est *intemperies calida*. Hæc uti essentiam febris *in genere* determinat, consentiente Galeno *8. method.* *cap. 1.* & *lib. 8. de pulsibus cap. 3.* ita etiam rationem formalem febris ardoris *in specie* constituit.

Causus est Διάθεσις πρᾶγμα Φύσις, præternaturalis constitutio, accidens scilicet, quod cūm ad causarum & symptomatum classem ritè associari nequeat, ad morbos partium similariū, non dissimilariū, & quidem intemperiei commodissimè refertur, ob calorem præter naturam. Morbus hic non levis, sed acutus est.

Calor seu τὸ Θερμὸν ἔμφυτος, calidum innatum & πὸ θερμὸν πρᾶγμα Φύσις, calor præter naturam nequè genere, nec specie aut numero differunt, sed naturā & origine elementari invicem vitalis ac febribilis conveniunt. Aliter licet se habere videatur calor febrilis, at tamen ἕκεῖνος αὐλος, αὐλοίς, non est alius, sed diversus. Alietas modi non facit aliam rem ipsam,

G R A.